



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam
emissæ. In Deuteronomium**

Bugenhagen, Johannes

Basileae

VD16 B 9247

Capvt III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36133

Periculosa. vergi. vna salus uictis & c. Verū
in Heb. est, An ignoras nouissimum esse amarū? q. d.
Et tuis malū curabis, si perrexeris, licet uinces, tamen
cruenta erit uictoria.

Viuuēt dominus. Sine dubio hoc erat manda-
tum à Dauide, non ut quærerent fratrum necem, sed
se defenderēt, dum aliud non licebat. & c.

Præter Abner.] Nobilis iste & optimus erat, ica-
circo cum cæteris non nominatur, & eius sepultura
describitur.

CAPVT III.



Paucis in principio huius capituli eleganter
descripta est fors utriusq; regni Saui-
lis & Dauidis, id est hypocrisis & ueris-
tatis. Concertatio est, illud uidetur for-
tius, hoc infirmius, sed istud paulatim in deo proficit,
illud deficit. Præterea historia describitur, quod Ab-
ner princeps militiæ Isobeth, iratus domino suo regi,
omnem Israëlem uult adducere ad Dauidis imperiū,
ad quem omnia agnoscit pertinere. Hic Dauid gau-
det, quod sine effusione sanguinis ita ueniat ad se to-
tum regnum, reputans istam esse domini uoluntatem
& prouidentiam. Sed quemadmodum in psal. scribitur,
Domini reprobant consilia principum, carnalia
ista erant, dominus autem ita uoluit Dauidem regem
fieri totius Israëlis, ut hoc ipsum nulli posset referri

acceptū. Nati.] Hoc quoque ad incrementū pertinet. Verum ne in carne cōfidamus, magna crux Dauidi imponebatur in quibusdam filijs. Amnon stuprat sororē, & hic occiditur ab Absolone, Absalon patrē exturbat regno, Adonias, patrē ignorāte, regnum cupit occupare. Cū ergo.] Ignauia Ithobeth describitur, id quod quoq; ad decrementū ipsius pertinet, de qua supra diximus. Hunc seruarat deus, ut per hunc negociū fieret Dauidi, qui tamen proficere non posset. mirū dei consilium.

Ingressus. Iam data occasione per irā incipit sentire pro Dauide, & multis modis se damnat Abner corā deo, dū dicit, Iurauit dominus Dauid, Itē, locutus est ad Dauid, dicēs, In manu & c. Si hæc sciuit cur constituit aliū regem, factus omnis sanguinis, qui propterea effusus est, reus? qui præterea perpetuo, si licuisset, ita seruasset regnum contra Dauid, nisi quid eius obstiisset cupiditatibus. Perit ergo, sed postquā respuerat hic maximus princeps in Israël, & multo melior quàm Ioab, iustiorq; occiditur à Ioab proditorie, nullo iure, ne belli quidem. ut uides in uerbis Dauidis. 3. Reg. 2. & ibidem in uerbis Salomonis. Et licet Ioab ultionem cogitarit occisi fratris, uidetur tamen inuidia causa maior fuisse quod Abner uidebatur multo dignior princeps apud Dauidem futurus. Poena uero istius proditoris dilata quidem est, sed

tamen per Salomonem mandante Dauide executā in caput Ioab. Quid putas tulisse Dauidem, dum interim istum cogebatur principem ferre, de quo etiam conqueritur obiturus? Cuius iniusticia non solū hic, sed etiam alibi clarescit, dum & Amasan haud dissimiliter occidit. Item dum prompte obedit Dauidi de morte Vriæ præcipienti. Interim tamen coram hominibus optimus princeps habebatur, nam alterum occiderat in ultionem fratris, alterum quod affectaret principatum eius, ista erant iudicia hominum. Prudentissimū secundū sapientiam carnis fuisse uide re licet. 2. Reg. 14. quid attinet de experientia & re militari dicere? Non potuit hic Dauid animaduertere in eum propter populum qui iustū eum iudicabat, & optimum principem nouit, tamen semper & publice facta eius cōdemnauit. Præterea uidit quod deus istum uellet ferri, per quē (licet propter Dauid) deus dedit uictorias, sicut per impios, dum bene loquuntur de Euangelio, quidam ad Christi regnum conuertuntur, quos fert Paulus Phil. 1. dicēs, Nōnulli quidē per inuidiā & c. quasi diceret, Gaudeo dū per quosdam (licet impios) uideo deum promouere Euangelium & c. Moriturus uero Dauid, cōmittit iudicium iustum in Ioab Salomoni, ita ambo ceciderunt in iudicia dei, & Abner & Ioab, sed in hunc iure agit Salomon, in illum summa iniuria Ioab.

Michol.] Vide quæ dixi supra. I. Regum. 25.

Quid fecisti. In hypocrisi mentitur, Aliud enim cogitat. Talia sunt humana corda, ubi non est dei spiritus. Et insuper amicū se fingit coram Abner &c. Tales sunt illi actus elicitī sophistarū, dū per illud suum liberum arbitrium opera fingunt exterius bona, cæterū cor pessimis (quod interim nō uident) fuerit cupiditatibus. Nec deficiat.] Istæ erant maledictiones legis. Porro quod dicit, Tenēs fusum, significat sexū muliebrem, q. d. Nō det ei dominus semen uirile, ut intereat nomen eius, quemadmodū in psal. In generatione una deleatur nomen eius.

CAPVT IIII.

Nihil uidet qui nō uidet, quid hic agat deus, nimirū hoc quod supra dictū est Saulis domū decrescere. Multa timere Dauidem oportuit, sed ecce caput regis ad eū fertur, qui residuus ex filijs Saul erat, & Mephiboseth filius Saul claudus & inutilis est. Perit iudicio dei rex, quia regnare uult contra uerbum domini, quod non potuit ignorare. Percunt & eodem iudicio duo duces exercitus eius, qui impio, quod ad ipsos attingebat, facto gratiam apud pium Dauidem mire uolunt. Rex occiditur deo uolente, & occisores tradit deus Dauidi iudicandos, quos nisi iudicasset Dauid